

*Zenoni amico carissimo  
pro libro ingenioso sibi dedicato  
gratias agens maximas  
Iulius Domanscius haec scribit*

Inter tot tantosque, modo quos excitat aevi,  
Quod medium dicunt, nobilitans sophia,  
Vix quemquam invenies, qui te praecelleat umquam  
Illius sophiae divite notitia.  
Unicus ast certe es, cui quamquam templa sophorum  
Stant adopena diu, non tamen orba manent,  
Cum sale quae sophiam coniungunt arte sagaci  
Temporis illius historicorum opera.  
Hoc certe attestat Cronicon Vincentii opacum,  
In quod forte tuum ingenium penetrat.  
Quanta illic peragis, quam argutaque praemeditata,  
Verbaque resque simul lumine clarificans!  
Fronte sua liber ipse refert, intus quid agatur,  
Fontes praesagiens qui fuerint chronicae.  
Sed licet ex scriptis illi scateant sapientum  
Historicique rigent egregiam sophiam,  
Haec sola ostendisse tibi non sat: leviora  
Haud pauca enodas, singula verba novans.  
Hoc certum est: nullus iam dicet adusque latere,  
*Holophagus* quid sit falsave *societas*.